

[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and includes various red initials and underlines.]

Communicata
in decem



M-s. 1297

an f.

R

2197.6

F. A. H. Maxß
1831 oho

4
PSALMVS LXXIX
DEVS VENERVNT
GENTES &c. CARMINE
NEREDDITVS.

PER MELCHIOREM
Stollium Zeopolitanum.

VVITTEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LIIII.



PSALMVS LXXIX

DEVS VENERVIT

GENTES & CARMINE

NE REDDITVS

PER MRECHIOREM

Stollan Neopolitani

VITTEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES

CRATO

ANNO M. D. LIII



GENEROSO AC
PRÆSTANTIDOMINO, DOMINO

Casparo Ulrico Comiti à Reinstein, Domino in
Planckenburg, omnium utilium artium ac doctrina-
rum Mecænati Clementissimo.

S. P. D.



Magna quidem res est, Generosissime Co-
mes, & inter exempla fortitudinis non
postrema referenda, præsertim in tantis
præsentiũ temporũ periculis, hominem
multis ingentibus doloribus ac curis cir-
cumseptũ, sic animũ suum moderari posse, ut nec ni-
mio dolore aspectu multorum tristium spectaculo-
rum opprimatur, nec nimia securitate quasi in trun-
cum sensu & ratione carentem degeneret. Illam uero
mediocritatem in perferendis ærumnis paucis com-
munem experimur. Videmus enim nonnunquã non
tantum eos, qui rudes, & absquẽ certo uirtutum freno
ac cæterarum utilium doctrinarum fundamento in
publico uiuunt, multis magnis & uarijs affectuum
confusionibus exagitari, sed etiam eos ipsos, qui me-
liori ac certiori rerum cognitione cæteris prælucent,
aspectu & consideratione tantorum malorum in
magnam admirationem adduci, & quidem quasi stu-
pefieri. Et est certè tanta hominum imbecillitas, ut,
quæ si non singulari præsentia Dei, & ipso filio Dei

A ij

defen-

defendente & conseruante nos, gubernaretur, quantumuis nostra consilia ac omnes nerui contra luctarentur, tamen nimia tantarum calamitatum mole opprimeretur, ut & ipse filius Dei inquit, Sine me nihil potestis facere. Item, Venite ad me omnes qui laborati & onerati estis, ego reficiam uos. Hæc & similia dicta ostendunt ac docent in omnibus periculis à solo Deo auxilium esse petendum, & quod sine ipsius auxilio nihil constet, nihil sit firmum et ratum. Tenende igitur sunt & ipsæ promissiones omnium bonorum corporalium & spiritualium, quæ nos excitent ad inuocationem, & certificent nos de præsentia & auxilio Dei, ac cogitemus mandatum Dei esse, ut illum inuocemus & celebremus, ac per filium suum omnia quæ ab ipso petimus, nos certò assecuturos firmiter statuamus. Quæ bona, & si nonnunquã differuntur, tamen non abiectis remis nos ipsos in dubitationem præcipitemus, ut cogitemus nos non à Deo curari, & nostram inuocationem esse inanem et fabulosum sonitum, sed commendemus nos ipsi uoluntati Dei, ut Esaiæ dicitur: In silentio & spe erit fortitudo uestra. Et perspicue etiam ipse filius Dei nostram inuocationem & præcipit & approbat cum dicit, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, hoc dabit uobis. Item, Scit pater uester coelestis quid uobis opus sit antequam oratis. Et additur simul promissio huic mandato, quod uelit nobis opitulari, quod nostra inuocatio debeat esse certa & firma. Quare cum præsertim hoc
tem

tempore homini maximè necessarium sit, multorum
insignium testimoniorum & exemplorum de Deo, de
prouidentia, de promissionibus ac omnibus ipsius be-
nificijs, consideratione contra ea communia pericula
instructum esse, sunt multæ passim regulæ in Prophe-
ticis & Apostolicis libris, quæ & ipsis etiam exemplis
nobis ostendunt, quomodo nos præparemus ad in-
uocationem Dei, & ad petitionem & gratiarum actio-
nem pro acceptis iam beneficijs. Habemus præcipue
um & maximè perspicuum in hoc pietatis exercitio
Dauidem Regem & Prophetam, ad cuius doctrinam
& ipsa etiam pietatis exempla, nostra imitatio potissi-
mè transferri debet, clamemus, & inuocemus Deum
cum ipso Dauide clamante. Adiuua nos Deus salu-
taris noster, propter gloriam nominis tui domine li-
bera nos, custodi ac conserua nos, qui propter nomen
tuum, propter ueram tui agnitionem & confessionem
affligimur & opprimimur. Item, Sicut oculi seruo-
rum directi in dominos suos, & sicut oculi ancillæ in
dominam, ita oculi nostri directi sunt ad dominum
Deum nostrum donec misereatur nostri. His & si-
milibus dictis nos iam in tanta confusione sustente-
mus & auxilium à Deo petamus, ne sinat nos deleri.
Congruus huic tempori Psalmus extat eiusdem Da-
uidis rogantis pro Ecclesia sui temporis, quem, Ge-
nerosissime Comes, tuæ præstantiæ qualicuncq; Car-
mine redditum dedico, & quanquam illud ipsum ge-
nus carminis per sese tenue est, tamen ob ipsum rei ar-
gumentum

A in

gumentum

gumentum quod præcipuum est, tuæ præstantiæ gratum fore spero, & oro simul, ut hanc meam tenuitatem boni consulas, & si quid uel à conuenientia carmini uel ipsi rei argumento debita aberrasse deprehendatur, meum tamen animum, cuius intentio ardentior fuit, quam ut fortassis expressa est, æquo iudicio ad explicationem huius admitti debere iudico. Oro etiam æternum Deum, patrem Domini nostri Iesu Christi, ut nos qui ipsius Ecclesiola sumus, & statum politicæ aliquem quietum, qui sit hospitium Ecclesiæ, & omnes scholas, bonas & ueras de ipso & alias toti communi uitæ utiles doctrinas amplectentes, regat, conseruet, & erudiat, nec sinat omnia tantis bellorum & aliorum diaboli furorum incendijs euertere. Sed conseruet aliqua hospitio, in quibus Ecclesia, quæ sine his domicilijs in hac uita esse non potest, Deum celebret, & ipsi grata faciat.

Tuæ præstantiæ

deditissimus

Melchior Stollius.

Svmme Deus qui nos tibi sanctum colligis agmen,
Pectora te cuius plena timore colant.
Noticias hominem de te sic spargis in omnem,
His monitus uerum qui sciat esse Deum.
Coetus & est aliquis, certè tamen ipse pusillus,
Sincera faciat qui tibi grata fide.
Hic quia, naturæ quantum non moribus obstat
Casus, ad acceptum se tibi flectit iter.
Reddere quosq; tibi decet hos meditatur honores,
Amplectens Gnati uerba crucemq; tui.
Sed pater ecce graues tua quas hæc agmina curas,
Hoc ardent studio dum Pietatis, habent.
Nam siquidem stabili retinent tua dogmata cultu,
Iussa ministerij quos tua sacra docent,
Interea gentes contra tua uerba rebelles
Surgunt, & Gnato turba inimico tuo.
Cæde tui poscunt studiosum Nominis agmen,
Armataq; ruunt in tua templa manu.
Templa tui turbant Gnaticq; altaria uastant,
Hostis & officium ducit hoc esse suum.
Nec Deus illa tuis parcat petulantia seruis,
Qui tua uulgandi dogmata munus habent.
Sed quoq; supplicij miserè tractantur, in ipsos
Sufficiens quisquam nec dolor esse potest.
Dilacerant sanctos, & cæsa cadauera coruis,
Obuia prædissequis esca uoranda iacent,
Exhaustas æstu fusocq; cruore paludes
Agminis electi turba cruenta replet.

Corpora

Corpora sparguntur passim non digna sepultu,
Pectus inhumanum tam furor hostis agit,
Sic habet in coetu tragici spectacula lusus
Summe pater gens hæc seditiosa tuo.
Iusta nec est ipsis tam sæui causa furoris,
Te nisi quod uerum credit amatq; Deum,
Sed quæ nos poterit furiosi insania mundi
Totius à uera trudere luce Dei?
Consimiles unquam cuius ualuere Tyranni
Conatus, hostem qui petiere Deum,
Cuius adhuc leuibus mens tam uolat ardua pennis,
Qui petat armata Numina celsa manu.
Ah quam falsâ hominum lætat persuasio mentes,
Viribus excellens dum sibi quisq; placet,
Quilibet insignes in se miratur honores
Ingenij spectans dona superba sui,
Stercore nostra tamen cum consistant semina putri,
Primus & ipse pater fordida massa fuit,
Fucus at hic animis hominum speciosus inhæret,
Quem Stygij dederant uerba Draconis Adæ.
Nempe Dijs similes fore, si pulcherrima carpant
Poma, tamen uetitæ quæ arboris esse sciunt.
Sed pater his blandis conuictus deniq; uerbis
Naturæ excellens perdit edendo decus.
Hinc est ira Dei morsu inflammata dolendo,
Exitij nobis hinc genus omne uenit,
Et quorum exhibito mens non est dedita Christo,
Quem stabili celebrat credula turba fide.

Hi

Hi nulla domiti morum rectrice uagantur,
Arbitrio turbans omnia quisq; suo.
Omnia confuso furor hic æqualia censeat
Ordine, distinctum quem Deus esse iubet.
Vult quia naturas à se differre creatas,
Semina quæ ex ipso prima creante tenent.
Libera mens quod sit, nec causis arcta secundis,
Sparsit ut errores stoica turba suos.
Cumq; simul constet rerum natura per ipsum,
Cuius & abstracta tota periret ope.
Præcipuè siquidem nos indelebilis omnes
Condita diuinæ mentis imago sumus.
Idolisq; coli solus uult ipse remotis,
Monstrat ut hunc nobis lex patefacta Deum.
Et qui mandato Dominum uenerantur honore,
Claudit in amplexus hos pater ipse suos.
Turba sed huic fremitu quæ sese opponit, & ipsum
Nititur è coelo præcipitare Deum.
Fulmine decumbet proprii quassata furoris,
Et fiet Stygio præda petita Duci.
Sed licet his uiuunt breuibus foeliciter annis,
Interea coetu pace carente Dei.
Præscriptam poterunt tamen haud excedere metam,
Tempora quæ tanti certa furoris habet.
Viuerè laxato quia sic solet impia freno
Turba, super stabilis quam manet ira Dei.
Sed pater extinguant ne sanctum funditus agmen,
Crescit in assiduas dum dolor ille moras.

B

Tu

Tu precor iniicias rabioso frena furori,
Succedat studio ne scelus omne suo.
Solus honor tuus est, tua gloria sola per hostes
Hæc populi suffert magna pericla tui.
Quin magis effusam commoti pectoris iram
Turbatrix uerbi gens luat illa tui.
Surge Deus iustam compesce nec amplius iram,
Et furor autorem destruat ipse suum.
Nam licet illorum fumus & rea turba malorum,
Et fumus ante oculos nil nisi culpa tuos.
Non tamen ingentes iratus respice sordes,
Quas primi traxit culpa dolenda patris.
Nec mala naturæ causam præsentia nostræ
In nos irati Numinis esse sinas.
Sed potius nostros ingens tua gratia lapsus
Per Gnatum exuperet sola petenda tuum.
Adsere præsidium tua ne perterrita forsan
Conticeat laudes turba dolore tuas.
Protegat electum tua sed custodia coetum,
Debitus attribui quo tibi possit honor.
Nam furor ille tuum penitus si uinceret agmen,
Partis & aduersæ ceu rata palma foret.
Lusus in oppressos esset uictoria sanctos,
Ecce quid hic potuit quem coluere Deum?
Sed tu iuste pater fusi memor esto cruoris,
Cum gemitu faciem qui uenit ante tuam.
Surge manu recreans oppressum uindice coetum,
Obruat atq; hostes septupla poena tuos.

Sic

Sic electa tui nos qui fumus agmina templi,
Carmina fundemus non moritura tibi.
Atq; æterne Deus tu Christe parentis imago
Viua tui, Verax ac mediator homo.
Adsit in ærumnis tua iam præsentia nostris,
Victrices populi quas uetet esse tui.
Sola Noæ sicut domus est seruata, procellis
Cætera terreni cum periere globi.
Inter & has nostri confusas temporis undas
Sic Ecclesiolam protege Christe tuam.

F I N I S.



Sic electa tu nos quibus signis d'apostoli
Garmant fundamus non motum a nobis
Angeterch d'apostoli in Christo p'curans in ego
Vus in d'apostoli in Christo p'curans in ego
Abbi in sermone tu in p'curans in ego
Victices populi p'curans in ego
Sola Nos hanc domus est seruitus p'curans in ego
Garmant seruitus in ego
In d'apostoli in Christo p'curans in ego
Sic hanc domus est seruitus in ego
Sic hanc domus est seruitus in ego



153028

AB: 153028

ULB Halle

3

003 486 044




86



[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several large, decorated initials in red ink. Some lines are underlined with red ink.]





PSALMVS LXXIX
DEVS VENERVNT
GENTES &c. CARMINE
NE REDDITVS.

PER MELCHIOREM
Stollium Zeopolitanum.

VVITTEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LIIII.

